



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XXVIII. Quod compellantur cedere qui postulauerunt licentiam cedendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

& temporalibus administrent: sic tamen vt de rebus ecclesiasticis nil penitus alienent. Munus vero consecrationis seu benedictionis recipiant, sicut haectenus recipere consueuerunt.

XXVII.

Cum sit ars artium regimen animarum, districte praecipimus vt episcopi promouendos in sacerdotes diligenter instruant & informant, vel per se ipsos vel per alios viros idoneos, super diuinis officiis, & ecclesiasticis sacramentis, qualiter ea rite valeant celebrare: quoniam si ignaros & rudes de cetero ordinare praesumpserint, (quod quidem facile poterit deprehendi) & ordinatores & ordinatos graui decreuimus subiacere ultioni. * Satius est enim, maxime in ordinatione sacerdotum, paucos bonos quam multos malos habere ministros: quia si caecus caecum duxerit, ambo in foueam dilabuntur.

XXVIII.

Quidam licentiam cedendi cum instantia postulantes, ea obtenta, cedere praetermittunt. Sed cum in postulatione cessionis huiusmodi, aut ecclesiarum commoda, quibus praesunt, aut salutem videantur propriam attendisse, quorum neutrum suasionibus aliquorum quaerentium quae sunt sua, seu etiam leuitate qualibet volumus impediri, ad cedendum eos decernimus compellendos.

XXIX.

Concilium
Lateranense
sub Alexandro III. c. 13.

De multa prouidentia fuit in Lateranensi Concilio prohibitum, vt nullus diuersas dignitates ecclesiasticas & plures ecclesias parochiales reciperet